UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1846

XXX. Markgraf Ludwig verleiht an Henning von Lüberitz die Bede in den Dörfern Griben und Jerchel, den Holzzins in Demker und die Wiesen des Dorfes Birkhorst in der Tanger, am 20. Jan. 1345.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-54572

Visual Library

XXVIII. Markgraf Ludwig verleiht an Heinrich von Kokede Hebungen und Zins in dem Dorfe Kokede, nebſt dem oberſten Gericht, am 17. Jan. 1345.

Dominus contulit heinrico de kokede et ſuis veris et legittimis heredibus duo frusta annuorum reddituum XVIII denarios in precaria et cenſu ville kokede cum ſupremo iudicio, pro quibus dedit VIII marcas argenti. In cuius etc. Testes Buch, Swicker, Geb. aluesleuen aduocatus in ſtendal et Ger. wolf. Datum ſtendal, anno M.CCC.XLV, feria II ante Fabiani et Sebastiani.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXIV.

XXIX. Markgraf Ludwig beſtätigt den Einwohnern der Dörfer Kokede, Huſelit, Schwarzeloſe, Bellingen und Supplingen in dem Tanger geräumte, vom Herzoge von Braunſchweig ihnen beigelegte Wieſen, am 17. Jan. 1345.

Ludovicus etc. Diſcretis viris villam kokede immorantibus preſentibus et futuris fidelibus sibi dilectis gracia ſuam et omne bonum. Vt pratum de nemore Tanger exſtirpatum et eradicatum per magnificum principem ottonem ducem Brunſwicenſem bone recordationis propter ville in bono ſtatu conſeruanciam appoſitum ab eodem duce per vos emptum conparatum, ſub modis iuribus diſtinctionibus ville veſtre legitime et probabiliter limitatum et diſtinctum, a nobis in antea poſſitis quiete et pacifice poſſidere, noſtrum fauorem ſingularem adhibuimus et preſentibus adhibemus, nunciantes vos de XIIII talentis denar. brand. nobis pro eo datis et perſolutis quitos preſentibus noſtrarum teſtimonio litterarum. Datum anno XLV feria II ante fabiani et Sebaſtiani.

Item conſimilem formam habet villa huſelit ſuper prato ſuo, ſed dedit domino marchioni XVI talenta.

Item villa parua ſwartzeloſe habet eandem formam ſuper prato ſuo et dedit domino marchioni XVI talenta.

Item villa Bellinghen eandem formam habet et dedit domino XVI talenta.

Item villa ſupplinghen habet eandem formam et dedit domino VII talenta denariorum brandenburgenſium.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXIV bis CLXVIII.

XXX. Markgraf Ludwig verleiht an Henning von Lüderitz die Bede in den Dörfern Griben und Jerchel, den Holzzins in Demker und die Wieſen des Dorfes Birkhorſt in der Tanger, am 20. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus et preſentibus conferimus ſtrenuo viro hen. de Luderitz fideli noſtro dilecto ſuisque veris et legittimis heredibus precarias villarum Griben et Jerchel cum cenſu lignorum ville Demker adiacentium ad viginti frusta annuorum reddituum ſingulis annis ſe extendentia, nec non prata ville Birchorst ex nemore Tanger eradicata ſeu exſtirpata,

per magnificum principem Ottonem ducem Brunswicenſem bone recordationis eidem ville probabiliter debitis distinctionibus appoſita, ſub modis, iuribus, conditionibus, graciis, quibus prenotatos redditus cum pratis prenotatis a pretacto duce ſtrenuus miles Gero de Byren ſua pecunia conparauerat et ut hactenus ab ipſo tenuit ac poſſedit, a nobis in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice posſidendas. Pro quorum reddituum collatione nobis prenotatus hen. in XXXV marcis argenti ſtendalienſis ponderis ſatisfecit. In cuius etc. Testes Buch, Swiker, Geb. de aluesleuen, wolf. actum et datum ſtendal, anno M.CCCXLV feria V, die beatorum ſabiani et ſebastiani martirum.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXXXI.

XXXI. Markgraf Ludwig verleiht an Henning von Linſted Hebungen aus der Bede des Dorfes Vintzkow, am 20. Jan. 1345.

Nouerint etc. Quod nos Ludovicus etc. Contulimus etc. ſtrennuo viro henningo de Linſtede fideli nostro dilecto ſuisque veris et legittimis heredibus II et dimidium frustum annuorum reddituum in precaria ville vintzkowe ſita, ſub modis juribus comoditatibus conditionibus et honoribus, quibus a magnifico principe Ottone duce Brunswicensi bone memorie prenotatos redditus hactenus tenuit et posſedit, a nobis in antea perpetuis temporibus quiete et pacifice posſidendum. Pro quorum reddituum collatione nobis pretactus henricus in V marcis argenti ſtendalienſis ponderis integraliter ſatisfecit. In cujus etc. Testes ut ſupra (Buch, Swyker, Aluesleuen, Ger. Wolf cum ceteris) Datum Stendal ut ſupra (anno M.CCC.XLV, feria V die Fabiani et Sabastiani martirum beatorum).

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLXX.

XXXII. Markgraf Ludwig verleiht den Gebrüdern und Gevettern von Woltz und von Zyrow das Dorf Woltz, am 11. Febr. 1345.

Dominus contulit Cönekino de wolcz, Thydekino et henningo fratribus eiuſdem patruis necnon cöpkino et konekino dictis de zyrowe villam dictam woltz Sub omnibus, quibus pretacti eandem villam a duce Brunſwich tenuerant in antea, pro quo domino in XVI marc. arg. eſt per eoſdem ſatiſſactum. Testes Buch, Swyker, alueſleben, ger. wolf cum ceteris. Actum Steindal, Datum vero bezkowe, anno predicto M.CCC.XLV feria VI ante Inuocauit.

Nach dem Copialbuche der Vogtei Arneburg Nr. CLVIII.